

## ADDENDA ET CORRIGENDA

ἀποκτείνασιν. οἶδα γὰρ ἧ) ὅτι ἐμοὶ μαρτυρήσεται ὑπὸ  
 τε τῷ ἐπιόντος καὶ ὑπὸ τῷ παρεληλυθότος χρόνος, ὅτι  
 ἠδίκησα μὲν εἰδέναι πώποτε ἄνθρωπον, εἰδὲ χεῖρω ἐποίη-  
 σα, βελτίους ἧ) δὲ ποιεῖν ἐπειρώμην αἰεὶ τῆς ἐμοὶ συν-  
 όντας, εὐεργέτην δὲ τῆς ἐμοὶ διαλεγόμενης, προῖκα  
 διδάσκων ὅτι εὐδυνάμην ἀγαθόν.

ἀποθνήσκω, διὰ τῆτο μεῖον φρονη-  
 τέον· ἢ γὰρ ἐμοὶ ἀλλὰ τοῖς κατα-  
 γνήσι τῆτο αἰσχρόν ἐστι.

ἧ) Apolog. οἶδ' ὅτι καὶ ἐμοὶ —  
 omisso male ἄνθρωπον. Vulgo est  
 ἄνθρώπων. Deinde Ap. πονηρότε-  
 ρον.

ἧ) Verba βελτίους — συνόντας  
 male omittit Apol. quae requirunt  
 tamen verba εἰδὲ πονηρότερον ἐποι-  
 ησα. Post verba supra posita Apo-  
 logia subiungit narrationem eorum,  
 quae Socrates dixerit, posteaquam  
 ex iudicio abierat. Epilogum addit  
 a sectione 32 multo concinnio-  
 rem et elegantio-rem, quam qui in Me-  
 mor. fertur. Vbi primum inepte  
 est: Τῶν δὲ Σωκράτην γινωσκόν-  
 των οἶος ἦν, οἱ ἀρετῆς ἐφιέμενοι  
 πάντες ἐτι καὶ νῦν διατελῆσι πάν-  
 των μάλιστα ποθῆντες ἐκείνον, ὡς  
 ὠφελιμώτατον ὄντα πρὸς ἀρετῆς  
 ἐπιμέλειαν. Vt enim concedam  
 tempus praesens γινωσκόντων, cer-

te ineptissime de mortuo iam dici-  
 tur ὠφελιμώτατον ὄντα. Deinde  
 clausulam Memorabilium: εἰ δὲ τῷ  
 μὴ ἀρέσκει ταῦτα, παραβάλλων τὸ  
 ἄλλω ἦθος πρὸς ταῦτα, ἔτω κρι-  
 νέτω. compara mihi cum verbis  
 Apologiae: εἰ δὲ τις τῶν ἀρετῆς  
 ἐφιέμενων ὠφελιμωτέρῳ τινὶ Σω-  
 κράτης συνεγένετο, ἐκείνον ἐγὼ τὸν  
 ἄνδρα ἀξιομακαριστότατον νομίζω.  
 quae sententiam plane eandem for-  
 ma et figura orationis multo aptio-  
 re concinnio-que et elegantissima  
 absoluunt. In illa contra clausula  
 quam languide quam inepte dicitur  
 παραβάλλων τὸ ἄλλω ἦθος, etiam-  
 si legas τὸ ἄλλων ἦθος. Debebat  
 esse saltem: τὸ τῶν ἄλλων ἦθος.  
 At statim sequitur πρὸς ταῦτα. Ad  
 omnia, quaecunque narrauit ante  
 Xenophon de Socrate, mores so-  
 lummodo aliorum comparare debe-  
 mus: non facta etiam simul et di-  
 cta aliorum?

—————

Denique admonebo lectorem, sero me animaduertisse  
 editionem Schützianam Memorabilium ante librum quar-  
 tum non fuisse a Zeunio comparatam. Repetere inde si  
 quid bonae frugis inesset, nunc mihi non licebat, quia  
 librum ad manus non habeo, et iam coronidem operae  
 deproperant. Praeterea nuper legi annotatum, Editonem  
 Basileensem Memorabilium anno 1789 proditam habere  
 additas Editoris coniecturas aliquot, quarum tamen desi-  
 derium non mouebant mihi quidem specimina apposita.  
 Poterit qui volet apparatus editionum Xenophontis ope-  
 rum habere copiosissimum, lautitias sibi istas comparare.

ΞΕΝΟ-